

AB

71B  $\frac{5}{c,5}$



1415

~~ve B.~~

~~...~~











NICOLAI  
LEVTHINGERI

OPTIMARVM ARTIVM

Magistri, Poëtæ Lau-

reati, & Historici

Brand.

COMMENTARII

IN PARTE IX.

LIBER.



Anno salutis humanæ

M. DC. VI.



Typis Osterbergerianis.



CLARISSIMO VIRO,

M. Nicolao Leuthingero P. L. &  
Historico, amico S.

**I**ampridem de tuis scriptis cognoveram, quæ mihi non uno nomine probabantur. Videbam enim veritatis studium illis propositum, & paucis multa compræhendere, condita imprimis antiquitatis sale esse, neque vicinorum Historiam negligere, ita ut lector in illis cum voluptate versari possit: Quod verò præterea illa insigni latini sermonis elegantia exornas, nescio, an reperiam, quem tecum conferre auserim: Itaque te multum propter ingenium, eruditionem, atque experientiam admiror. Et quia tanto pere meam amicitiam expetas, dabo operam, ut intelligas, quale meum de te sit iudicium, & quanti virtutem tuam faciam, &c. Rostochii.

David Chytræus D.



AB 7 1 B 5  
25





AMPLISSIMIS VIRIS  
SAPIENTIA, VIRTUTE,  
GENERE, ORDINE, ATQUE DIGNITATE  
ornatissimis, Dominis COSS. &  
SENATORIBVS Civitatis  
SAGANENSIS,  
Patronis suis benignis-  
simis S.

**M**AGNUM DEI, OPT.  
Max. beneficium est, quod con-  
tinuam Mundi C. inde ab ini-  
tio, usq; ad hæc tempora, Historiam exstare  
voluerit. Cuius excellentiam etsi pauci  
agnoscant, ideoq; præpostero lapsi iudicio  
in exiguo momento ponant, nihil enim ho-  
mine imperito iniustius, prædicanda tamen  
iustissimo exemplo diuina benignitas, debi-  
tis laudum præconiis, in eo, quod Heroicos  
impetus, atq; animos generosos hinc inde  
excitet atq; seruet, quibus hoc studiorum  
genus serio curæ est. Vult enim DEVS  
sua dona a mortalibus reuerenter agnosci,

X 2 U



& ad posteritatem fideliter transmitti, eaq̄  
à Patribus nota fieri filiis, ut cognoscat ge-  
neratio altera, filii, qui nascentur & exur-  
gent, ea denuò filiis enarrent, ut ponant in  
DEO spem suam & operum, virtutum, be-  
nefactorum, & mirabilium eius non obli-  
viscantur, & mandata eius exquirant.

Et quia DEI dicere, DEI facere est,  
sicut enim humana consuetudo verbis, ita  
diuina potentia factis loquitur, etsi pauca  
DEVS in hoc seculo puniat, & remuneret,  
ne diuina prouidentia non esse credatur, &  
multa seruet ultimo examini, ut futurum  
iudicium commendetur, attamen iustitiam  
suam in veritate misericordia temperatam  
nobis luculenter ostendit in iis, quos sibi ad-  
ministratos asciuit in hoc opere.

Apud Dionem celebrantur Romani,  
quod ex toto terrarum orbe annales atq̄ Hi-  
storias collectas collectis adiecerint, & poste-  
ris vitæ magistram reliquerint. Meretur  
consimiliter in Verbo Dei Artaxerxes eter-  
nam laudem, quod noctu sibi Persarum  
fastos, ut animum curarum æstu fluctuan-  
tem tranquillæ recreationi redderet, & quid  
faciendum, diuina quasi inspiratione moni-  
tus



locuples Italia, ἰονικὸς ἡγετὺς Polonia,  
aliaq; vicina regna.

Sicut autem vel hoc nostro seculo Germanorum nomen ad complures populos spectat, ita iam olim quoq; idem usu receptum fuisse, satis constat. Ex quibus nequaquam postremæ Virtutis & gloriæ in eo tractu, qui ad Albim, Viadrum, Suevum, Haue- lum, & Wartam flumina, Marchia hodiè Brandenburgensis dicitur, Cymbri, Teuto- nes, Gothi, Daci, Sueui, Vandali, Franci, Slavi se demiserunt. Vnde, vicissim pro- fecti, sicut τὰ πάντα βαία, his, dum accessione multiplici increscens illorum potentia am- bitioni non sufficeret, fatis ita urgentibus, novas atq; commodiores sedes quærentes, Daniam, Sueciam, Angliam, Hispaniam, Insubriam, Galliam, Vngariam, Italiam, ipsamq; Romam occuparunt, nec ullus fa- cile locus in Europa relictus est, quem illi non bello appeterent, terribiles omnibus gentibus, ut non immeritò de illis Iosephus scribat: Spiritus Germanorum maiores esse corporibus, iras eorum animantibus feris vehementiores, animos ipsos dolorum & mortis contemptores.

X 4

Tandem



Tandem Imperium in Marchia firmum  
fixumq; Saxones constituerunt, quorum Vir-  
tus etiam me tacente clarissima est. Ho-  
rum auspiciis parere didicerunt Branden-  
burgicis, Borussia, Pomerania, Silesiæ, Lu-  
satiæ, Voitlandiæ, Franconiæ, Sueviæ, sil-  
uæ Hercyniæ, ipsiusq; Saxoniae pars.

Et ne quid de fraterna coniunctione  
unioneq; inter Saxoniam, Brandeburgi-  
cam, & Hessiacam, familiam regeram,  
Marchio Romani Imperii septemuir est, ad  
quem Reges & Principes frequenter respi-  
ciunt, quibus etiam in grauissimis nego-  
tiis sæpenumerò commodus atq; oportunus  
adeſt, ut taceam, quomodo antiquitus cum  
Morauia, Bohemia, Bauaria, Palatinatu,  
Anbaldinatu, & aliis populis in unum cor-  
pus Marchia transierit: Lusatos, Misnen-  
ses, Megelburgios, Brueteros, Alsatos,  
Crofnenses, Iegendorfianos, Saganenses, &  
Glogouienses sibi obnoxios sub iuramenti  
fide fecerit, ut Historia Brandenburgensis  
ad amplissimum sese spatium extendat: Et  
ne ipsi contingat, quod nauibus saburratis,  
mercimoniis demersis, necessitatem mihi  
imponit, horum populorum vestigia in di-  
uersis



tus disceret, recitari iusserit: siquidem Historia est Pædagogus, & vitæ rectæ Magistra quæ mores nostros, vitamq; omnem erudit, & ad bene agendum præmiis atq; pænis aliorum componit, dum præteriti ratio scire futura docet.

Solebant etiam fauorem suum populû humaniores erga eiusmodi suos præcones multipliciter explicare. Dani crearunt Regem Bothonem: Olaum Sueci, Cromerum Poloni, Dubravium Bohemi Episcopos designarunt, quod istorum regnorum Historiæ conditores crederentur: Auentinum Bauari, Fabricium Misnenses, Crantzium atq; Chytræum Saxones, Balæum Angli, alii alios singularis honoris, amoris, atq; beneuolentiæ stipendiis prosecuti sunt, eò quod has studia, quæ ad Patriæ suæ incrementum multum emolumentum afferrent, maxime approbarent.

Etsi autem hæc gloriæ messis, quod vix puerorum ritu Historiæ excellentiam delibem, ad me minime pertineat, attamen quia in ipso facto experiar, diuinitus me ad militandum huic labori delegatum, ut ego quoq; pro meo modulo concessio, hac in parte



Rempublicam iuueni, equidem talentum  
meum non defodere, sed exponere, immo  
maleferiatorum calumniis irritatus, insci-  
tiam illorum virtute ulcisci debui.

In quem finem, etsi patriam odisse vi-  
deatur, cui bene est, cum peregrinatur, pro-  
fectiones permagnas inter incredibiles ad-  
uersitates per uniuersam Europam suscepi,  
non ut de cute quid faciat ille vel ille sua,  
curiosius perscrutarer, sed veterum He-  
roum atq; populorum vestigia pronus ado-  
rarem, regionum atq; Ciuitatum præstan-  
tium mores, consuetudines, instituta, for-  
mam, atq; religionem cognoscerem: anti-  
quitatis studiosus annales, Bibliothecas, &  
monumenta varia inspicerem: & ex erudi-  
torum colloquio & doctrina iudicium ple-  
nius confirmarem.

Certum est enim, externos auctores Ger-  
manis ferme iniquiores fuisse, ita ut Ger-  
maniam ferarum, non hominum, domici-  
lium describere non vereantur, & inuidiæ  
morsu lapsi rebus illius splendorem, in quan-  
tum possunt, malitiosè detrahant, cum  
absq; ista innumera fortium operum volu-  
mina tererentur, cuius argumenti testis est  
locuples



tuentur, ita ut Roma sanctissima, Neapo-  
lis nobilissima, Florentia pulcerrima, urbs  
Veneta ditissima, Genua superbissima, Me-  
diolanum capacissimum, Bononia muni-  
tissima, Rauenna antiquissima dicatur:

Ita in Germania usu euenit, ut complures  
in ea populi singulares singuli proprietates  
teneant, opinioneque prudentium iudicetur:

Austria Magnifica & fastuosa

Bauaria splendida & superstitiosa

Saxonia sumptuosa & fortis,

Hassia callida & leuis,

Westphalia ingeniosa & contentiosa

Pomerania prudens & litigiosa

Borussia mollis & inconstans,

Frisia inquieta & feruescens.

Holsatia truculenta & barbara

Burgundia procax & aspera:

Belgium venereum & artificiosum

Lucelburgum horridum & nemorosum

Bohemia diues & natura munita

Alsatia arrogans & acuta

Voitlandia rustica & garrula

Moravia fertilis & tremula

Heluetia bellicosa & ouabunda

Sueuia dicax & gloriabunda:

Tractus Rhenanus sacer & populosus,



Palatinatus uber & fructuosus.  
Lotharingia claudicans & fallax,  
Marchia aperta & simplex:  
Misnia culta & liberalis,  
Turingia superba & inhospitalis:  
Franconia laboriosa & insolens,  
Silesia amabilis & elegans.

Quæ nomine & attributo etiam Lusatia  
superior, haud immerito, censeari vult. Et  
quia, secundum Lactantium, omnia tribus  
temporibus, præterito, præsentis, & futuro  
contineantur, ita ut præteriti sit origo,  
præsentis substantia, futuri dissolutio: à  
Polonis Silesia ad Germanos transiens, cen-  
venas omnium penè populorum Rom: I. in  
sui amorem concitato humanitate pellexit.  
Qui urbibus & oppidis frequentissimam  
reddentes, legibus, muris, & armis operose  
munitam, religione, prudentia, iustitia,  
fortitudine, beneficentia, & ingenuarum  
mechanicarumq; artium studiis mirifice ex-  
ornarunt.

Hinc sedent ad rerum gubernacula sa-  
pientia, & virtute præsantes, qui iudica-  
tum ipsi faciunt, & quod in alios statuunt,  
ipsi in se præstant: præsumt sacris Pietate  
&



versis locis colligendi atq; sequendi, eorumq; gesta, dicta, & facta perdiscendi.

In quo meo instituto cum me difficultates infinitæ sine modo irritarent, assiduitate eas ultus sum, quæ et si tales omnino forent, ut ipse infernus tristiora portenta eruere non posset, non tamen ad ultimum me captivum ducere, constantia expugnata, nequiuerunt, quin immo magis me magisq; <sup>περισσοτέρως</sup> compulerunt. Nec sanè extra has metas atq; hos carceres incautus euagabor unquam, sed in has palestra præsentis animo morabor, & fortiter configam, licet à plerisque credatur, huius laboris vim explicari non posse, et si Carneadem ipsum Orcus ad nos remittat: Propterea quod nouum subinde lolii genus expullulet, & mortales, veteri quasi leihargo sopiti, velut Cæcias nubes, ita hi barbariem incrementem attrahant non sine rerum bonarum fastidio.

Et quia non ita iam pridem ad Marchiam iure hæreditario Ducatus Iegerndorfianus peruenit, & Silesia optime de me merita est, multumq; referat, ut eius Virtutes plurimis innotescant: Equidem Historiam eius ut mihi familiarissimam redderem, simulq;

¶ 5 præsentem



præsentem eius formam atq; statum perlustrarem, & bene meritis Patronis, in memoria sempiterna, gratitudinis meæ aliquod exstaret documentum atq; monumentum, donec prodiret tandem in publicum, quod iam dudum parturit animus, præstantissimos denuò Patronos reuerenter adire, & officiosè salutare volui.

Ita enim mihi persuasum est, me plurimum *V. P.* meritis debere, & vestram Patriam propter singularia ornamenta à Deo *Opt. Max.* accepta, sicut *Hesperus* inter reliquas stellas pulcritudine præstat, ita hanc inter alias Germaniæ prouincias ut plurimum splendore præcellere.

Multis sanè inter se discriminibus differre regna & populos, nemo sanus negabit: & ut saltem Italiæ formam nobis ob oculos proponamus, sicut *Pontifex Rom.* & *Hispanus* dimidiam sibi in ea partem vendicant: alteram verò per vices *Pedemon-tius*, *Florentinus*, *Ferrariensis*, *Mantuanus*, *Urbinas*, *Placentinus* Duces, cum amplissimis Rebusp. *Veneta* & *Geneuensi* expleant:

Quem admodum etiam Ciuitates nobiliores sua peculiaria attributa habent & tuentur.



& eruditione excellentes, Scholas gubernant absoluta scientiarum Cyclopædia instructi, de quorum auspiciis tales ferme ciues prodeunt, quales sunt præfecti atq; ante signani quibus cuculus ingratus Gesnerus labem aspergere aggressus, eruditis armis repulsus est.

Nobilitas Marte & Arte eminens, tum aliàs, tum in his bellis Vngaricis præcipuam Virtutis sacræq; militiæ laudem reportauit, quam si alii quoq; eius ordinis sibi propositam habuissent, Pannoniæ res non ita impeditæ forent, & vaticinio reperto in Veteri Bibliotheca Vngariæ, continente huius mutationis atq; defectionis, auctore Putzouio, annum: Væh tibi, atque væh, ô Austria, quia iam tibi valedixerit Vngaria, fides abesset.

Verum, quoniam cuncta quotidie in peius ruant, flectendus precibus ille, qui fata mouere potest, & tollere fata potest, ut ὠκυπέτης & calamitatum patienter feramus, & in arbitrio diuino prudenter acquiescamus, siquidem corporis morbos animæ salutare esse cognovimus.

Cæterum cum multa in aliis, plura in  
me



me ipso desiderem, quæ ad hunc forum Hi-  
storicum Silesiæ spectent, nulli haëtenus la-  
bori peperci, neq; sanè adhuc parco, vi bene  
meritis sua laus, viris magnis suus honor  
constet, de quo iudicium melius posteritatis  
erit. Et quandoquidem mihi tantæ sit cu-  
ræ vestræ laudatissimæ Reipub. gloria, &  
nobilissimi civis sit, Patriæ suæ augmenta  
cogitare, sed eorum maxime, quos imperia  
summis dignitatibus obligarunt, in eam  
spem adducor, cum verè sitis Patres Pa-  
triæ, & bonum publicum, Vestram Pr. mihi  
patrocinium suum, gratiam, atq; benigni-  
tatem in honestissimo instituto fauorabili-  
ter non denegaturam.

Et profectò si quis Historiæ studium non  
adamauerit, quare illum excellentia dig-  
num iudicemus, nullæ causæ subesse viden-  
tur. Quò enim quisq; animi est generosioris,  
eò magis illum hoc studio capi atq; teneri,  
omnium temporum experientia docet. Sicut  
& saniorum iudicio ea Respub. beata præ-  
dicatur, in qua vel docti Imperiis præsunt,  
vel sanè doctrinæ doctiq; in precio habentur.  
Quod cum in vestra Ciuitate fiat, religio  
mihi



mibi est, de Vestra Virtute, prope usq; erga  
me & Musas meas fauore dubitare.

Et ut vicissim aliquod singularis meæ  
Pietatis in Vestram Rempub. documentum  
exstaret, hunc Commentariorum librum  
V. Amplissimæ Pr. qua debeo fide consecra-  
re volui, donec opus integrum emittam,  
precatu, ut sereno vultu accipiatis, meq;  
& Musas meas, Charites secum irabentes,  
quæ oneri excipientibus non esse consueue-  
runt, animo benigno iuuetis: & ut DEVS  
vobis tribuat secundum Cor vestrum, &  
omne Consilium vestrum confirmet, impleat  
omnes petitiones Vestras, & in longitudine  
durum vos rectè valere faciat. Et itinere  
Polonico, ANNO CHRISTI 1600.

Dominationis V.

seruus

M. NICOLAUS LEVT-  
zhingerus P. L. & Histor.  
Brandenburg.





*CLARISSIMO ET  
DOCTISSIMO VIRO, DN.  
M. Nicolao Leuthingero P. L.  
& Historico Brandenburgensi  
solertissimo, amico  
meo.*

**L**iteras tuas, Excellentissime Vir,  
Senatui nostro inelito V. Cal. Iunij obtuli,  
qui tuos Commentarios, ut semper, ita tunc quoque  
summo opere probavit atque laudavit: tui vero in pri-  
mis mentionem honorificam in curia, & alijs con-  
gressibus fecit. Sed nihil æque tanto desiderio in votis  
habet, quam ut opus tuum Historicum integrum huc  
quam primum mittatur. Tanta profecto amplissi-  
mi huius Ordinis est Virtus, ut non solum hæc stu-  
dia magnifaciat, sed etiam regia quadam benignitate  
prosequatur. Proinde ita te existimare volo, nihil te  
illi gratius facere posse, quam si scripta tua, si fieri  
queat, illi communicaveris, sicut ex literis videbis,  
quas ad te mittit, &c. DANTISCI

*Excell. T.  
Studiofis.*

**M. Hermannus Frederus  
Reip. Dantiscanæ Secretarius,**





NICOLAI LEV-  
thingeri Commentarij.

**D**E Borussia statu diximus superiore libro: In ea cum per animorum dissensiones multa perperam fierent, & ad motum spectaret periculosum, in super morbum auxit certamen de concreto & abstracto Theologicum, inter Tilemannum Heshusium Sambiensensem, & Iohannem VVigandum Pomesaniensem, Præsules. Hos sub initium sui imperii, auspiciis Procerum, quod vulgò singularis scientiæ Theologicæ, secundum analogiam Confessionis Augustanæ, constantiæq; opinionem alterent atque circumferrent, Georgius Fridericus Brandenburgicus, Borussiae Dux, ex Academia Ienensi accitos, ad magnas dignitates evexerat, eiusque gratia eò processerant, ut eum inter similitates partibus studerent, & neuter neutri cederet, universam conditionem, subiectis vehementissimorum diffidiorum stimulis, inquietatam dubiæ fidei redderent. Habuit antiquitus Borussia, beneficio ordinis Crucigerorum, Præsulatus

Certamē inter Heshusium & VVigandum in Borussia.

Episcopus in Borussia.



Episcopū  
ornat li-  
ber non  
gladius.

Tileman-  
nus Hef-  
hufius E-  
piscopus  
Sambien-  
sis.

fulatus quatuor, Culmensē, Varmiensē,  
Sambiensē, & Pomesaniensē; sed in de-  
fectione Borussorum ad Polonos, priores,  
ingratissimi erga conditores, fortunam se-  
cuti, feliciū potius quā infeliciū ami-  
ci esse voluerunt, Pontificiæ Idolomanæ  
addicti: Posteriores in officio manentes,  
& usque ad hoc tempus, nomen, locum, di-  
gnitatemque tuentes, molo bello Theolo-  
gico minus necessario, occasionem atq; cau-  
sam principi præbuerunt restringendi po-  
tentiam & auctoritatem Episcoporum, qua  
illos sæpè abusos esse, constat: Convocata  
itaq; synodo, damnatum Heshusium sede  
sua Episcopali dogma conceptum abstraxit.  
Qui in Germaniam transmittens, sexies in  
exilium pulsus, Helmstadii locum Primarii  
Professoris Theologi, favore Ducis Brun-  
suicensis, cum laude, ad extremam usque  
senectam explevit, & successorem nullum,  
bonis Episcopalibus fisco publico addictis,  
non sine Borussorum indignatione, reliquit.  
Vir inter Theologos eius farinae doctissimus  
habitus. Huius Dioceseos Sambiensis  
templum longè ornatissimum atq; magni-  
ficentissimum exhibet Cniphosium Co-  
nigspergi ad Bregelam. Mirabantur autē  
pleriq; , quid accidisset, vel in mentem ve-  
nisset præstantibus illis viris, in quibus antea



una semper mens, unus animus fuisset, qui  
Ienæ, Magdeburgi, & alibi, summæ inter  
se necessitudinis officia amicissimè obiissent,  
ita ut Heshusius VVigandi ob commoda so- Par ami-  
lum verteret Magdenburgi, nunc versa vice corū Hesh-  
in Borussia inimico adeo se stomacho invi- husius &  
cem appetitos infectarentur, ut alter alteri- VVigādū.  
us conspectum ferre non posset, qui velut  
alter ego antè præsumebantur: Et erant  
multi in ea sententia, Primatum potius,  
quàm dogma distractionis materiam luxu- Causa dis-  
rianti arrogantiae subministrasse. Nullum sidiorum  
est enim genus hominum ad fastum, odium inter The-  
iram, vindictam, Veneremq; magis pro- ologos.  
num atq; propensum, quàm sacerdotum, Sacerdo-  
quod speciem pietatis præ se fert. Et quò tes huius  
maior est excellentia, eò maiores simul se- seculi.  
cum nævos trahere solet. Heshusio dimis-  
so, VVigandus solus Ecclesiarum guberna-  
tionem sustinuit. Cum illo Georgius Fri-  
dericus Brandenburgicus per internuncios  
& literas egit, ut Marienverderum, ad Vi-  
stulam, civitatem munitam & opulentam, VVigādū  
situ percommodam, ubi est arx præcipua, amittit E-  
& sedes, curiaque Episcopi, templum etiam piscopatū  
Cathedrale amplissimum atq; firmissimum  
ita ut ex suprema contignatione in circuitu  
tormentis hostis ab omni parte repelli que-  
at: Et Resenburgum, Marienverdero ni-



Permuta  
tio Episco  
patus cum  
Libmulio

Consisto  
rium Co  
nigspergē  
se.

Dissensio  
inter Casi  
mirū Du  
cem &  
Golbergā

hil inferius, cum præfecturis copiosis, & propugnaculo, sibi concederet, ipse oppidū Libmulium invicem acceptans, eius, & præfecturæ illius usum fructum, sine ulla interpellatione, perciperet. Post mortem ipsius ad patrimonium aulæ rediret. Etsi autem grave esset VVigando, descendere de equo in Asinum, quod tamen pecuniæ, potentiaque omnia obediant, victus muneribus, non ausus est contraire gravitati principis, & cum consensu acquiescens in illius voluntate, fecit obedienter & prudenter, quod tamen sive vellet, sive nollet, coactum facere, siquidem contra stimulum calcitrare durū, omninò necesse esset, voluitq; potius in gratia perstare, quam ut favore exclusus, gloria in probrum versa, indignationem atq; exilium colligeret. Hinc iurisdictionem Episcoporum transtulit ad aulam & consistorium Princeps, cuius scitis atq; placitis divina quæq; & sacra, definiendiq; in causis matrimonialibus potestatem in ista provincia, publica authoritate, subiecit. In Pomerania ad hoc tempus tenebat præsulatum inter Casimirensem Casimirus, Ducum natu mirū Duminus, inter quem & Colbergam non per cem & omnia benè conveniebat, eo eventu, ut a motis Consulibus, Reipub. statum aliquantū immutaret. Est hæc urbs præclara admodum;



modum, sita in ripa maris, qua vallo velu Colberga  
 ti solidissimo munita est, ut nullæ inunda- vrbs bene  
 tionis vis, sicut in Frisia & Hollandia, ei constituta  
 nocumentum inferendi facultatem inveni-  
 at. Nulla in Germania ad fretum propius ad-  
 jacet: nullibi viliori precio editur aut bibi-  
 tur: Coquitur etiam hic Sal, estq; frequens  
 & nobilis negociatio in ea, portusq; amæ-  
 nus. Barnimus Dux donavit Episcopatu  
 Caminensi circa annum Christi 1277. fe-  
 citq; ex monasterio Ecclesiam collegiatam  
 anno 1278. Divæ Mariæ sacram. Qualia Monaste-  
 monasteria fuerunt in Pomerania, Colbati- ria in Po-  
 um, anno 1136. à VVartislao 2. Belbucium merania  
 anno 1170. à Boguslao & Casimiro fra-  
 tribus; Bredenum in vicinia Neobranden-  
 burgi à Casimiro; Hunaccium ab eodem  
 prope Stavenhagium; Treptoa ab Anastasia  
 Boguslai II. uxore; Oliva à Sobislao anno  
 1170. Bergenium à Iaromaro anno 1193.  
 Eldenavia anno 1199. ab eodem; Buchovi-  
 um à Suantipolco anno 1232. Iulinense ab  
 Ottone I. Mariæportanum à Mestvino II.  
 Hiiddense à VVitislao, anno 1292. Stetinen-  
 se à Barnimo anno 1261, condita. Huius Otto Bam-  
 confirmiliter opibus cepit templum Ottonis bergensis  
 Stetini, in memoriam Antistitis Bamber- Pomera-  
 gensis, qui anno 1114 sub imperio Henri- norum A-  
 ci V. Cæsaris, aggressus est convertere ad re- postolus.  
 A 3 ligionem



**Dii Pome-  
ranorum.**

**Stargardū  
ad Inam.**

**Ina fluvi-  
in Marchi-  
æ finibus  
oritur.**

ligionem Christianam Pomeranos, colen-  
tes Idola Zerneboccium & Belleboccium,  
nigrum scilicet & album Satanam, excep-  
tus equitibus quingentis à VVartislao Duce  
Stargardiæ. Quæ ea tempestate in exiguo  
ære, honore, & flore erat, contractioribus  
limitibus, sine vallo, sine mœniis, in aper-  
tis campis circumscripta. Vnde cum incur-  
sionibus hostilibus crebris appeteretur, eam  
tandem anno 1280. die Gregorii, Conra-  
dus Brandenburgicus armata manu occupa-  
vit. Quem tamen paulò post Boguslaus V.  
eadem, qua ceperat, arte fortiter expulit, &  
ne perpetuis iniuriis obnoxia, quorumlibet  
libidini ulterius exposita esset, muro & pro-  
pugnaculis circa annum 1282. cinxit. Hinc  
demolita arce anno 1299. acceptaq; à Ducib.  
præfectura, ad libertatem magis magisque  
aspirans, fato propitio, favore Ducum, vir-  
tute, & prudentia sua, non solum vallo e-  
gregio & nequaquam humili, sed & in pri-  
mis Religione, Iustitia, legibus, scientiis,  
& armis civitatem maximoperè manivit.  
Quibus sanè adminiculis factum, ut Sena-  
tus beneficus cum laude præsit, Cives abs-  
que iniuria obedienter, ceteri omnes, sine  
querela, officiosè sese gerant. Eam inter-  
luit Ina, ortum suum ex Neomarchia tra-  
hens, multa secum apportans universæ Rei-  
pub.



pub. emolumenta. In hac à Bambergense  
 Dux, cives, & alia multa credentium mil-  
 lia, intra dies viginti, sacri fontis baptisma-  
 te mysteriisq; procurata sunt. Primus no-  
 minatus Episcopus Caminensis Otto, ab  
 Alberti Brandenburgici legatis reverenter  
 salutatus, Adelbertum, Conradum, Sige-  
 fridum, Signinum, Conradum, Conradū  
 III. Comitem Gutzkoviensem, V Vilhel-  
 mum D. Theologiae, Hermannum Gleiche-  
 nium, Petrum Ordinis Prædicatorum, Episcopi  
 Jaromarum Rugiæ Principem, Henricum, Caminen-  
 Conradum III. V Vilhelmum ordinis Præ-  
 dicatorum, Fridericum Saxoniae Ducem, ses nume-  
 ro XXXII  
 qui obiit anno 1373. Philippum Rechen-  
 bergium, Iohannem V Villichium, Havenū  
 Apuliae Ducem, Nicolaum Borckenum,  
 Boguslaum Pomeraniae Ducem, Magnum  
 Saxoniae Ducem, Sigefridum Stolpensem,  
 Ludovicum Eberstenium, Martinum Italū,  
 qui Romam aufugit, Benedictum Bocheni-  
 um Theologiae D. Martinum Carittū Col-  
 bergensem, Erasmus Monteufelium, Bar-  
 tholomæum Suavenium, Martinum V Veie-  
 rum, Iohannem Fridericum, Casimirum,  
 Franciscum Pomeraniae Duces, successores Iohannis  
 habuit. Inter quos cum Iohannes Bugen-  
 hagus Pastor Ecclesiae Vitebergensis, iustis Bugen-  
 hagi virtus.  
 suffragiis atq; votis illorū, ad quos electionis  
 ius



Sedes Epi-  
scoporum  
Caminen-  
sium.

ius legitimè spectat, Episcopus designare-  
tur, præsulatum constanti cum recusatione,  
exemplo inusitato, fortiter contempsit. Se-  
des antiquitus Antistitum, & templum ca-  
thedrale, cum Canoniorum Collegio, fuit  
in oppido VVollino, vel Iulino, à VVolde-  
maro Daniæ Rege anno 1171. expugnato,  
sed favore Casimiri I. qui civitatem cum  
præfectura, agrisq;, & prædiis huc contu-  
lit, Caminū translatum, nō sine assensu Pō-  
tificis Romani. Confirmationis literæ hæ  
sunt: Clemens Episcopus Romanus, servus  
servorum Dei, venerabili fratri, Sigefrido  
Caminensi Episcopo S. Statuimus, cum ci-  
vitas, quæ VVollin dicitur, in qua sedes E-  
piscopalis esse solebat, propter Guerrarum  
incommoda, deserta esse proponatur, ut hæc  
ipsa sedes sit in posterum in Ecclesia Sancti  
Iohannis Baptistæ, apud civitatem Caminē-  
sem, quæ populosior est, & securior habe-  
tur Datum Laterani per manum Moyfi, La-  
teranensis Canonici, Vicem agentis Can-  
cellarii, VI. Cal. Maii, Anno Christi 1188.  
Pontificatus I. Annales Pomeranorum, Bo-  
rufforum, & Polonorum commemorant,  
Originem Ducum Pomeraniæ ad Grypho-  
cum Pomesanum provocare, qui ab ipsis Polonorum no-  
mine atque genere censentur, & inde infig-  
nia in Duces propagata, contra rationem  
linguæ,



linguæ, quæ Germanicam Dialecton sapit. Ex hac deinde familia Suantiborum I. natū, qui circa annum 1106. se in libertatem ab Vladislao Poloniæ Rege vindicavit, & in communem locum abiens anno 1107. VVar Poloniæ tislauum, Ratiborum, Boguslaum, & Suen-Rex occitopelcum filios reliquit, ex quibus Suen-ditur à Potopelcus in conventu Gnesnensi Lesconem merano. Regem, cum aliis Præfulibus, & Comitibus, facta irruptione hostili, immaniter trucidavit. Et ut hoc quoque regeram, non agnoscebat ante Ludovicum III. Imp. qui vixit circa annum 903. tot nobilium gradus, sicut hodie usu receptum est, Germania, erantq; tantum nomina officiorum, non dignitatum hæreditariarum. Dux summum militiæ Rectorem: Comes in comitatu vel provincia iudicem: id quod adhuc in Hassia, Franconia, & alibi, moris est: Landgravius in agris: Burggravius in civitate & arce Prætorem, quam consuetudinem etiam nū in Borussia sequitur: Centgravius centurionem, designabat. Et hi quidem omnes ex Baronibus & viris gravibus, acurata censura, cum magno iudicio, eligebantur. Sed post Ottonem Cæsarum tempora, hæc mutata, transierunt officiorum nomina in dignitates hæreditarias. Ad eum modum censebantur Gryphones Palatinorum titulo Comitumq; Pomeraniæ, ast postquam repudium

Gradus nobilium olim non ita vulgares.

Gradus dignitatum sunt hæreditarii.



**Grypho- nes Polo- ni sui iu- ris.** pudium misissent Poloniae regno, in nullius alterius arbitrium, aut voluntatem, nedum Imperium, sua acta obsequiaq; reposuerunt, usq; ad annum 1181. in quo Boguslaus & Casimirus avitam, vanis honorum bullis, libertatem vendiderunt, Ducesq; creati, Caesari fidem dederunt, cum antea nullius maiestatem subiectione recognoscerent. Hanc annalium narrationem oppugnavit Iohannes Fridericus Dux, eamq; falsam arguens, genus suum à Gottis deduci voluit, & in conventu Stetinensi, cum inter Danum & Suecum de pace, legatis Caesaris, Poloni, Saxonis, & Brandenburgici arbitris, ageretur, adessetq; Martinus Cromerus Antistes Varmiensis & Historicus, Regis sui vicem explens, graviter illum de hoc errore monuit eumq; in commentariis Poloniae corrigi petiit, quod quidem ille in se facturum recepit, sed cum promissis non staret, verbis factoque fides abfuit. Idem ubi tandem in horum Commentariorum auctore, per Ottonem Raminum Cancellarium, reprehenderet, gravitate ille constantiaq; tanti Ducis motus, scirpum peritioribus enodandum committit. Illud satis constat, Gotthos & Vandalos in Pomerania, ditione Megelburgiorum, & Dania habitasse, unde vel hodie Christianus IIII. Danus, se eorum Regem: Sicue

**Pomerani dant fidē Imperio.**

**Convēto Stetinēsis**

**Pomerani à Gotthis non Polonis deduci volunt.**

**Suum cui que pulcrum**

**Sedes Gotthorū & Vandalorum.**



Sicut & Lubeca urbs Imperii, sapientiæ for-  
titudinis, magnificentiæ, iustitiæ, potentia, & opulentiæ laude, etiam apud remotissi-  
mos clarissima, cuius auctoritas inter om-  
nes civitates maritimas, & apud Reges, Im-  
perio vicinos, & amicos, est summa, civita-  
tum se Saxoniarum & Vandalicarum ca-  
put, profitentur. A Vandalis Vistula, Boruf-  
siæ fluvius, nomen retinet, ut Vandalus di-  
catur, quod usq; ad eius ripas, & circa illas  
sedem suam habuerint. Et fuerunt hi po-  
puli verè Germani, à Sclavis discreti, à quo-  
rum conversatione summoperè abhorru-  
erunt. Unde Poloni Germanis semper sunt  
iniquiores, quod legibus ab eorum consue-  
tudine repellantur, nec ad munera publica,  
vel manuarum facile admittantur. Id quod  
non tantùm in Pomerania, verùm etiam  
Borussia, quæ tamen iurisdictioni Polono-  
rum obnoxia est, lege & more valet. Quam-  
vis hæc sibi prudenter imponi interdum pa-  
riatur. Erat autem Polonorum olim regnũ,  
qui & ipsi Sclavorũ nomine censentur, am-  
plioribus limitibus definitum, quàm hodie  
pater; licet eius maiestas potestasq; sese iam  
nunc quoq; ultra miliaria ducenta extendat,  
aperiatq; multorum populorum campum,  
& centum armatorum equitum, præter in-  
finita peditum, millia in unum locum facil-  
limè

Lubeca  
vrbs Impe-  
rii nobilif-  
sima:

Cur polo-  
ni sint  
Germanis  
iniquio-  
res.

Amplitu-  
do & po-  
tentia Po-  
loniæ.



Omnia  
mutantur  
& nos mu-  
tamur in  
illis.

Prima fi-  
multas in-  
ter Pome-  
ranos &  
Brand.

Quæolim  
fuerit Po-  
merania.

limè cogere possit: nam huc pertinebat Sile-  
sia, Lusatia, Misnia, Marchia, ditio Lune-  
burgensis, Megelburgensis, & Pomerania,  
ut taceamus Bohemos. Livoniam & Borus-  
siam Ordo Crucigerorū à Principibus Ger-  
manix adiutus sui iuris fecit. Sed postea,  
ut sunt rerum, regionum, hominumq; vi-  
ces, Livonia deditione, Borussia defectione,  
in fidem Polonorum redierunt. Pomerania  
cum premeretur, VVartislaus Dux, à Bran-  
denburgico auxilium petens, Conrado  
Dantiscum pignoris loco dedit, cum exoluē-  
dæ fidei, promissiq; stipendii facultas ipsi  
nulla relinqueretur. Illud postquam Misto-  
vius recuperaret, præsidio interfecto, ma-  
teriam similtatis enascentis & incrementis  
inter Brandenburgicos & Pomeranos præ-  
buit. Et prima quidem tum iacta irarum &  
dissidiorum inter vicinos hos populos fun-  
damenta, fomentum longis bellis, succedē-  
tibus annis, non sine multa clade, submini-  
strarunt. Observandum hoc loco, eandem  
fuisse rationem illa tempestate Borussiae cis  
Vistulam, Novæ Marchiæ Soldinum usque,  
& omnis illius tractus, qui ad mare Balthi-  
cum, & Habum lacum recentem in longi-  
tudinem ultra sexaginta miliaria, Damgar-  
dum versus, protenditur, unaq; Pomeraniæ  
voce contineri. Quandoquidem verò Bran-  
denburgici



denburgici in omnes occasiones amplificandi atq; dilatandi sui Imperii attentè evigilarent, Polonia atq; Pomerania, propter viciniam, præ aliis percommode arriserunt, quæ huic desiderio efficaciter & fructuosè deservirent. Neq; sanè voto defuit successus, respondens ab omni parte; namq; in pago Rosina manu Brandenburgici Primislaus Poloniæ Rex anno 1295. ipsa die, quæ Dorotheæ sacra est, miserè truncatus periit, auxitq; eius interitus non parùm Novæ Marchiæ fines, omnem præterea oram, quæ à Vistula ad Golmenses montes, & Soldinum usq; continenter procedit, sicut & Vcariam, suam in potestatem pertraxerunt, usq; ad orbitum VVoldemari Electoris, qui sine sobole ex hac vita anno 1319. in expeditione Danica, decedens, mortuus plus turbarum dedit, plus potuit, atq; fecit, quàm decem præpotentes Principes, aliosq; non paucos locupletavit. Tunc enim Boguslaus Dux ulteriorem Pomeraniam, Rugenvaldum, Stolpam, Slavium, Belgardum, Neosterinū & alia recepit, fuitq; eadem Vcariæ conditio, cuius metropolis est Prenslavia, pingui atq; ubere solo, loco amœno, aère salubri ad lacum piscosum percommode sita, per amplo agro, silvisq; copiosis, egregio Senatu, templis quinq; , schola benè constituta,

Rex Poloniæ à Marchione confoditur.

Novæ Marchiæ fines Vistula & mare Balticum.

VVoldemarus Elector multos beavit.

Prenslavia metropolis Vcariæ.



**Nova  
Marchia  
in prædā  
vocatur.  
Tempore  
VVoldemari  
Marchiæ Im-  
periū fuit  
à Sala ad  
Vistulam  
vsq;.  
Convēt,  
principū  
Lubecæ.**

**Pax opti-  
ma rerum**

stituta, fide in Principem, Musicæ inprimis  
laude & exercitiis commēdatissima est. Cru-  
cigeri verò tractam omnem ad Vistulam, &  
Marchiam Novam universam ad Viadrum  
usque fidei suæ astrinxerunt. Marchiones  
etiam Misniæ Torgam, Aldenburgum, Li-  
psiam, Zuiccaviam, & maximam Misniæ  
partem, à VVoldemaro armis victricibus oc-  
cupatam, recuperarunt: Bohemis Lusatia  
superior oportuna visa, cui inhiarent. Neq;  
unquam miserior fuit Marchiæ conditio,  
quàm in isto interregno, dum vexaretur à  
Megelburgiis, tentaretur à Brunsvicensib.,  
oppugnaretur ab Anhaltinis & Diocesi  
Magdenburgensi, intra viscera verò Reipu-  
blicæ latrocinia sævirent. Bis Lubecæ con-  
venerunt, Brandenburgicus, Saxo, Stetinen-  
sis, VVolgastensis, Principes: Holsatus,  
Suerinensis, & de Vandalia Comites; Bre-  
menfis, Brandenburgicus, Suerinensis, Rat-  
zenburgensis, Lubecensis, & Halberstaden-  
sis Episcopi, Actum est de pace, de securo  
itinerum transitu, de latrociniiis prohiben-  
dis, iurataq; est pax in annos VI. Tandem  
Burggravi Norinbergenses Marchiam acci-  
sam, atq; attritam, & in partes distractam  
instaurarunt, perfeceruntq; multa ope, ut a-  
nimi simul & ditiones solidè recoalescerent.  
Hinc pax perpetua & sacrosancta inter Brá-  
denbur-



denburgicos & Pomeranos, quam qui vio-  
 lare præsumer, omnium votis infelix esto.  
 Estq; hodie nullus Germaniæ Principatus  
 potentior, quàm Brandenburgicus. Ad tan-  
 tam autem deformitatem redacta est Mar-  
 chia in hoc turbulento Republicæ statu, ut  
 cum Iohannes EL Brandenburgicus, fini-  
 tis bellis, annis insequentibus, Marchiæ li-  
 mites perlustraret, & ex colle, unde prospe-  
 ctus longè lateque in subiectos oculis cam-  
 pos pateret, Pomeraniæ tractum circa Piri-  
 tium, & Marchiæ fines Soldinum versus in-  
 tueretur: In Pomeraniam, inquit, tanquam  
 in Paradisum, in Marchiam velut in solitu-  
 dinem conspicimus. Die V. Iunii, nascitur  
 Ioachimus Ernestus Brandenburgicus Berli-  
 ni, cui cum fata felicitatem sponderent, in  
 disciplinis nobilioribus feliciter educatus,  
 spem multis concitavit adipiscendi Archi-  
 præsulatum Magdeburgensem, quo etiam  
 nomine Præposituram Brandenburgensem  
 Ludovicum Lochovium Decanum accepisse,  
 sine auctore, ferunt. Sed Deus & natura,  
 illum fortunæ meliori reservavit, regnatq;  
 feliciter Onolsbaci, quam si Episcopus Mag-  
 deburgi, aliorum arbitrio se permisisset.  
 XVIII. Octob. abit in communem locum  
 Berlini Fridericus Hartvvigius, VVitstochi-  
 anus, qui in oppido Borussiae Heihgenbeilo  
 pueritiam, Hardvvi-

Potentia  
 Branden-  
 burgicorū

Dictum  
 Iohannis  
 Crassi EL.  
 Brand.

Ioachim 9  
 Ernestus  
 Brand. na-  
 scitur.

Regnat.

Obiit Fri-  
 dericus  
 Hardvvi-



gius Præ- pueritiam, sine eruditione, docuit, verbiq;  
positus minister in agro vicino factus talis, quales  
Berlinen- sunt in Borussia, provincia demandata, ne-  
fis. scio, quo lapsu, decedere coactus est. Ad

Marchiam cum receptam haberet, & ex e-  
ius humanitate, quia patria esset, sibi præ-  
sidiuna atq; subsidium promitteret, cum  
Berlinensis favor expectationi non respon-  
deret, itineri accinctus, mirabili casu, cum

Fortuna cunctis intercluderent, admissus ab amico,  
ut pluri- ut in templo Cathedrali concionem publicã  
mum po- haberet, laudatus à vidua Lunenburgica,  
test in re- quinquaginta florenorum stipendium im-  
bus huma petravit: Commendatus exinde Electori ad  
nis. ampliores sibi honores aditum loquentia &  
confidentia patefecit, hoc agens, ut place-  
ret omnibus. Vnde in præposituræ templi  
Cathedralis possessionem immissus, in Cõ-  
sistorio quoque principem locum obtinuit;  
Confiliarius simul & Concionator aulicus.

Superbit enim id genus hominum titulis  
magis, quàm virtutis gloria, pecuniæq; ma-  
gis, quàm famæ, æternæque salutis curam  
habet. Est autem Marchiæ, nescio qua fa-  
tali necessitate, peculiare, ut istos maximè,

Conditio qui dono valent impudentiæ & assentatio-  
Marchiæ. nis, sibi favore & donis adiungat, neglectis  
illis, qui intra modestiæ limites non sine sci-  
entia,



entia se continent, quos interdum etiam non  
amicitiæ, sed persecutionum stipendia a-  
lunt atque prosequuntur. Cum templum hoc  
Cathedrale, quo in Germania augustius est  
nullum, auspiciis Iohannis II. E. L. ex mo-  
nasterio conditum, redditus opinor, ad gra-  
tiam magis, quam ad dignitatem respiciens,  
hominibus conferret. hæc ætas tandem no-  
stra rectius sapiens, patrocinio & mandato  
potentissimi Principis, Domini Iohannis  
Friderici Electoris, viros præstantissimos,  
Simonem Iodicum, summæ excellentiæ,  
Georgium Noslerum, Munsterbergium,  
magnæ facundiæ, Flaccum egregiæ doctri-  
næ, aliosque bonos & eruditos, non sine lau-  
dis fama, præstat atque habet, vindicantque  
nostra tempora superiorum annorum bar-  
bariem, Marchiæ quasi familiarem ab ex-  
cultioribus populis, verè ne an falsò nostrum  
non est opinari, attributam. Istud non te-  
merè affirmo, certare Marchiam nostram  
cum quovis alio populo, ingeniiis, quare au-  
tem ad frugem non perveniant, narrare opor-  
tè non habemus. Discant ex aliis potius ingenio  
si, quam ex me, cum meo periculo, veritatis  
amantes. Est enim patria nostra novitatis pe-  
regrinorumque studiosior, quam ulla alia  
regio, fraudeque horum circumscripta non  
semel ad poenitendos casus recidit. Die II.

B

Septembris

Templum  
Cathedrale  
de Berlinis

Simon Iodicus,  
Noslerus  
Flaccus.

Ingenia  
Marchiæ.



**Convētus  
Principū  
Custrini.**

**Personati  
cremātur.**

**Propugna-  
culum ar-  
te factum**

Septembris conveniunt Custrini Casimirus Palatinus, Christianus Saxo, Iohannes Georgius Brandenburgicus, Ioachimus Fridericus Magdeburgicus, Fridericus V Vilhelmus Saxo, Henricus Iulius Brunsvicensis, Iohannes Fridericus, & Barnimus Pomerni, Ioachimus Ernestus Anhaltinus, Hi frequenter agunt in silvis atq; castris, more quidem militari, sed animi gratia. In hoc congressu testamento legavit Elector Christiano filio Custrinum, Novamq; Marchiam; spectacula tunc multa sunt exhibita, ludicraque non pauca peracta, visus personatus Tuscarum, Muscovitarum, Tartarorum Tyrannus, ipseque Pontifex Romanus, damnati omnes raptique ad ignis supplicium. Propugnaculum arte factum, ab Hispanis & Vngaris defensum, à Germanis oppugnatū, in se omnium oculos venit, abiitq; in cineres brevi temporis intervallo apparatus ille omnis, octo aureorum millibus æstimatus, peritq; simul eius fructus, qui præter aspectū nihil in se voluptatis habere putabatur. Aliquantò post in quadam insigni urbe Senatū de suppetiis sibi ferendis cives Marchiæ, qui templum incendio desolatum, suo sumptu instaurare non poterant, suppliciter compellaverunt: Quibus in hanc responsū est sententiam, ut discerent, Electorem,



ctorem, si vel tertiam impensorum partem  
huc contulisset, maiorem apud Deum gra-  
tiam, & gloriam apud homines, in æter-  
na grataq; memoria & benedictione, pro-  
meruisse, subditis etiam suis rectius consu-  
luisse, quàm quod in profana ista tantâ æris  
vim convertisset. Idibus Octobris conce-  
dit in fata placide Elisabetha, Virici Megel-  
burgii coniunx, Giedsgardiæ, in Falstræ In-  
sulæ portu, ubi traiectus est in Germaniam  
brevissimus, siquidem locus ille septem tan-  
tum miliaribus ostio Varni distat, ita  
ut coelo tranquillo conspici queat, ætatis an-  
no LXII. Religiosa in Deum, & in homi-  
nes benefica, opera multa admirandæ sapi-  
entiæ, divinæ bonitatis, & incomparabilis  
virtutis ad posteritatem transmisit, silvas  
novas ad stuporem in locis arenosis produ-  
xit, arcemq; Gustroviensem ad eam magni-  
ficentiam extulit, ut cum quavis alia per u-  
niuersam Germaniam splendore certet. Tē-  
plum ibidem Cathedrale mirificè exorna-  
uit, monumenta Regia in eo exstruxit, quæ  
mirabitur omnis ætas, Arborem generis  
atq; stemmatis Ducum Megelburgiorum  
plantavit. Andream Coelichium illius di-  
tionis Superintendentem, in honore & pre-  
cio habens, multum illi fidebat & tribuebat  
non sine aliorum invidia, qui ex ea crescere  
B 2 affectabant.

Elisabe-  
tha Megel-  
burgica  
obit.

Virtus Eli-  
sabethæ  
Megel-  
burgiæ.

Andreas  
Coelichij  
Superinte-  
dens.



Elisabe-  
thæ Me-  
gelburgiæ  
pietas.

Ernestus  
Anhaldi-  
nus mi-  
grat ex  
hac vita.

Virtus hu-  
ius princi-  
pis.

affectabant. Is ad aulam reus factus, quod insolentius pro concione Principem insectaretur, hoc tulit responsum, Ex verbo Dei scimus, dandam Deo esse gloriam, & habendum verbi ministris honorem. Quod si nos arguant peccata nostra publicè, non illa pallianda, non excusanda, nec defendenda, sed emendanda, novimus. Sic enim Deo puniendi causa, & verbi ministro insectandi materia subtrahetur. Valeant igitur, qui volunt dissidium inter nos, videantq; sedulo, ne rei & ipsi facti, verius accusentur, quam ipsi alios innocenter in invidiam devocent. VI. die Decembris, decedit ex hac vita placidè Ioachimus Ernestus Anhaltinus, qui familiam inclinatam & accisam salvavit. Antè obitum Ecclesiarum curam habens, facta reformatione, Exorcismum in Baptismo abrogavit. Dedit hæc innovatio passim per ditionem turbas inter subditos, sed sapientia Principis, absq; tumultu, & iniuria istas facile vel compescuit, vel discussit. Princeps sidere felicior natus, magnificus, & religiosus, Marchionum Brandenburgensium, sed inprimis Iohannis Georgii Electoris amicus, qui eius conversatione mirificè delectabatur, cuius & filiam sibi matrimonio iunxit, filiumq; de suo nomine dictum, & gratiosè secum in comi-  
tatu



ratu & convictu per aliquot annos habuit.  
Præstat hæc illustrissima familia antiquitatis  
iure, laudemq; pietatis atque beneficentiæ  
habet, tantæ nobilitatis, ut Electores Bran-  
denburgenses cum aliquo numero ab hac o-  
rigine descenderint, neq; quidquam sit in  
in Marchia tam humile, vel altum, quod ad  
hanc virtutem antiquitus non respexerit. E-  
rai hac tempestate Franconiæ status turbu-  
latus admodum, nam quos nominaverat  
provinciarum Præsides Culmbaci & Onols-  
baci Georgius Fridericus Brandenburgicus,  
iustitiæ limites excedere videbantur passim-  
que querelæ audiebantur, quæ etiam ad Prin-  
cipem deferiebantur. Bambergensis & VVirtz-  
burgensis Episcopi gravem movebant per-  
secutionem in subditos normæ Lutheraniæ  
& Augustaniæ Confessionis, propositisque  
edictis, iure illos suo privabant, cogebant-  
que autionem suorum facere bonorum, re-  
lictis dodrante. In Borussia paternum &  
mansuetum Imperium Alberti Ducis, quo  
sibi plus sumpserant, quam expediebat, acue-  
bat multos ad licentiam, qua plerumq; de-  
teriores sumus, cum omnium votis non cor-  
responderet Heroicus animus Georgii Fri-  
derici Brandenburgici, paulatim alieniore  
animo ab illo esse ceperunt, ita ut comita-  
tum aulicum numerosiorum aleret: Cives

Familia  
Anhalti-  
na.

LXXXVII.

Persecu-  
tio piorum  
in Franco-  
nia.

Status Ro-  
russici.



**Nobilitas  
Borussiae  
Duci ad-  
versatur.**

**Princeps  
proscribit  
seditiosos**

**Fuga re-  
bellium.**

**Convēt<sup>9</sup>  
Ordinum  
Borussiae  
Conisper-  
gi.**

quidem rerum suarum satagebant in oppie-  
dis, officiaque debita ex fide praestabant, ast  
nobilitas cum aperto Marte nihil posset, vel  
auderet, ad insidias versa, simul & formi-  
dinem Principi iniiciebat, & negotii non  
parum apud Poloniae Regem faciebat, ac-  
cusatumque graviter de multis, quae mala  
mens, malus animus suggerebat, reum sta-  
tuebat. Eratque omnino tanta illius inso-  
lencia, ut ij qui pagatum & in agris degunt,  
Principem, si quando venatum iret, libellis  
supplicibus circumfusum appetitumque fer-  
me opprimerent, Er quia haec ad motum  
spectarent, coactus est illos, qui faces his  
turbis praerferrent, Cuhemium, Aulacum,  
Hildebrandum Creutzenum, & alios pro-  
scribere, aqua & igni interdicens, qui ad  
Poloniam, Episcopatum Varmiensem, &  
Elbingam receptum habentes, securitatem  
sibi in Germania policeri non audebant, pro-  
hibuit deinde congressus omnes publicos, in  
quibus consilia conferrent, ut ad singulos  
attenderent, edixit praefectis, ut universi of-  
ficium facerent, serio praecipit. His ita co-  
stitutis, conventum nobilitatis civitatumque  
omnium in veteri urbe Conispergi agit, &  
ut in contributionem ad publica onera ferenda  
consentiant, petit, nec difficulter obtinet,  
quod vult. In quo tamen Senatus veteris  
urbis



urbis studium, operaq; fidelis magis, quam  
reliquorum omnium eluxit. Simul etiam  
mentem suam aperit illis de sua in Franconi  
am profectioe, eò quod illa omnino præ  
sentiam suam requirat. Præsidentem deinde  
Karlitium Baronem nominat, qui vicem su- Georgius  
am in gubernatione provinciæ expleat, cui Friderico  
Burggravium, Cancellarium, aliosq; Con- constituit  
siliarios ex Borussis, ut flagitaverant, cum res Borus-  
comitatu aulico triginta equitum, qui sem- sia,  
per ad Imperium præsto sint, adiungit.  
Quod si ab his quid definiri non possit, de-  
ferri ad se Onolsbacum iubet. facta spe, se  
quamprimum per negocia Reipub. lice-  
at, in Borussiam rediturum. Nobilitati verò  
imperat, ut Principem suum ex officio &  
fide ad provinciæ fines deducant, dato sin- Nobilitas  
gulis in memoriam sui, aureo nummo, qui deducit  
impressam imaginem suam habebat, essetq; Principem  
monumentum atque pignus gratiæ atque ad fines.  
amicitiæ. Senatus verò urbis veteris Co-  
nigspergi commemorans studia sua in hoc  
conventu, Principem interpellat, ut quos  
sibi agros, pagos, silvasq; & prædia ademe- Repetit Se-  
rat, clementiore animo reddat, offensio- natus Co-  
nisque omnis obliviscatur, facturum se se- nigspergē  
per, quod Principi gratū esse intelligat. An- sis sua  
nuit is facile, iniungitq; Cancellario, ut prædia  
petitioni Senatus satisfaciat. Nec diutius

B 4

moratus



Brandenburgum  
Borussorum

Aularum  
confluendo.

Conispergenses a  
missa recuperant.

Reditus  
Georgii

moratus, convasata omni supellectile aulica  
& preciosa multa, cum vxore Luneburgica,  
& Comitatu aulico, Brandenburgum, quod  
situm ad Habum lacum, olim Marchiones  
in gratiam Ordinis Crucigerorum ædifica-  
runt, Dantiscani postea expugnatum destru-  
xerunt, sed de novo, amplissimo apparatu  
magnificentissimum Georgius Fridericus  
Brandenburgicus instaurari, summæ curæ  
habuit, lætus mouet. Interim Cancellarius  
difficilem se gessit erga Senatam Conisper-  
gensem in reddendis prædiis, ut pecuniam  
nempe ab illis emungeret. Is igitur citato  
cursu subsequens principem, admissusque  
ab illo Brandenburgi, causam aduentus sui  
exposuit. Qui indignatus verbis graviori-  
bus ad Kithirium & Cancellarium seriò per-  
scripsit, ut euestigio absque ulla cunctatio-  
ne, ea quæ præceperat Senatui integrè resti-  
tuerent. Valuit hoc mandatum, neq; longi-  
or interposita mora vel desiderium Senatus,  
vel Principis voluntatem distinuit. Rece-  
perunt Conispergenses sua omnia, quæ ip-  
sis indignatio per vim abstulerat. Profectus  
est Georgius Fridericus Brandenburgicus  
per Marchiam Novam Custrinum, paratissimis  
Nobilitatis atq; civium officiis ubique  
exceptus. Inde transmissa Viadro & Sueuo  
Dresdam adventans, per Misniam ad pro-  
vinciam



vinciam suam animum appulit. Cuius cum Branden-  
statum perdidicisset, pro civibus VVurtzbur burgici in  
gensibus Augustanæ Confessionis, in exili Franconi-  
um eiectis, adiuuante causam VVilhelmo am.

Hassia Landgravio, apud Iulium Antisti-  
tem intercessit sine fructu. Is sub reditum  
Principis, ipsi aliquot vini plaustra miserat,  
docens, salutem eius sibi esse gratam, & ex  
ea singularem voluptatem animiq; læticiam  
petcipere. Episcopo quidem gratias egit,  
vinum autem suis impositum curribus Iulio  
remisit, non se istius munere vel vino indi-  
gere affirmans. Ipse edictum proposuit pub-  
licè, ut si quis ex illis, qui à Bambergense  
& VVirtzburgense in exilium, Religionis  
gratia, pulsi essent, in sua ditione habitare  
vellet, quam sibi sedem aut locum selegis-  
set, in eo gratiam, & opem suam ipsi nõ  
defuturam. Hinc Culmbacum & Kitzin-  
ga, advocato sibi horum exulum favore, ma-  
gna incrementa senserunt, quod ditiores ex  
Episcopatu huc fortunas suas transferrent,  
& splendidius ædificarent, & civitates fre-  
quentiores redderent. Præses verò Curia  
Culmbacensis, postquam ante Principis re-  
ditum ex aula aufugisset, neque legitimis ci-  
rationibus pareret, vel se sisteret, bonis suis  
confiscatis, litem Principi apud Cameram  
Imperialem Spiræ multorum annorum mo-

Branden-  
burgicus  
remittere  
VVirtz-  
burgensi  
donatum  
vinum.

Edictum  
Principis  
Georgii  
Friderici.

Præses  
Culmba-  
censis.



Convētō  
Ordinum  
Pomerani  
& Trepto-  
æ  
Ludovic⁹  
Comes  
Neugardi  
ensis.

Contribu-  
tio cerevi-  
fiaria peti-  
tur.

Authori-  
tas Senat⁹  
Stetinēsis  
& Stargar-  
densis.

vit. In Pomerania Iohannes Fridericus Dux  
Ordinum suorum (conventum), in oppido  
Treptoa ad Regam fluvium, indixit. Vene-  
runt eò obsequenter Nobilitas omnis & ci-  
vitates Orientalis Pomeraniæ, Barnimus  
quoq; Rugenvaldensis & Casimirus Ca-  
minensis, Duces, Princeps in Comitatu suo  
habebat Ludovicum, Ebersteinium Comi-  
tem, qui Neugardi sedem habet eamq; ma-  
gnificentissimo apparatu munivit egregiè,  
& ornavit splendide, virum sapientem, fa-  
cundum, & eruditum, cuius ille ferme ra-  
tionibus & argumentis nitebatur atque sta-  
bat. Is persuaserat Principi, contributionem  
quam vocant accisam; sicut usu recepta es-  
set per omnes Germaniæ provincias, ad e-  
um quoque modum illam in Pomerania sua  
opera brevi valituram, si Princeps saltem  
auctoritatem suam interponeret. Istud ca-  
put cum in frequenti cōfessu, & in præsentia  
Principum, proponeretur, incredibile est  
dictu, quanta cum indignatione, offensio-  
neq; animorum, à singulis & ab universis  
acceptam fuerit. Est in hac solennitate au-  
toritas Senatus Stetinensis & Stargardensis  
propter sapientiam, virtutem, & potentiam  
præcipua. Ad eorum vota cum maximè  
respiceretur, collatis in commune consi-  
liis, factum est decretum: descendendum  
potius



potius ad quasvis alias conditiones, quàm  
ut in hoc articulo Duci morem gererent, li-  
berative aliquid derogarent. Nulla est Ger-  
maniae provincia libertatis suae adeò tenaci-  
ter amans atque studiosa, quàm Pomerania  
neque onera nova recipit, neq; sibi imponi  
patitur, facile Spiram ad Camerae Imperia-  
lis iudicium provocat, & huc inmensam æ-  
ris signati auriq; vim confert. Eberstenius  
neq; minis neque precibus quidquam profi-  
ciens, videns, proceres à sententia depelli  
non posse, anxius animi, singulos aggredi-  
tur, eorumq; mentem tentat, quorum dum  
constantiam maiorem esse cognoscit, quàm  
existimaverat, omnia colligens, quae ad  
hunc forum pertinebāt, docet in pleno Se-  
nato, quibus difficultatibus, quo ære alic-  
no, quibus expensis, constrictus teneretur  
Princeps, quo se cerjè nexu nunquam, sine  
subditorum ope liberare aut vindicare que-  
at. Esse illis inprimis probrosum, quod cū  
omnes Germaniae populi in eo voluntatem  
suam ad Domini sui desiderium & arbitriū  
absque tergiversatione aggregent, sola Po-  
merania nullum suorum Ducum, vel publi-  
corum onerum respectum habeat. Specta-  
re id ad Principis contemptum, quandoqui-  
dem plus possint & imperent subditi, quam  
Dux, cui fidem dedissent: Provocare ad li-  
centiam

Libertas  
Pomera-  
norum.

Eberstenii  
oratio ad  
Pom. ordi-  
nes.

Libertas  
in licenti-  
am non  
beato



centiam tot legum placitis damnatam: Pro-  
videndum tanè diligenter civitati Pomera-  
niæ, ne libertas nimia in talem licentiam a-  
beat, ex qua Respub. periculosa detrimenta  
capiat. Offerre subditos Principi literis  
verbisq; corpus fortunamq; pro salute eius,  
sed fidem facto animoq; , cum ad rem veni-  
atur sit, non rarò abesse. Lapsus hos con-  
tra conscientiam in crimen læsæ maiestatis,  
divinæ & humanæ, incurrere. Petere, ut  
sepositis aliis affectibus, publicæ potius pi-  
etatis, quam suorum commodorum ratio-  
nem habeant. Derogare accisam nihil ipso-  
rum emolumentis, immò esse illam cum a-  
liqua utilitate coniunctam, Manifesta illud  
probatione patere apud vicinos populos, qui  
contributionem licet Cerevisariam sustine-  
ant, non tamen propterea rem illorum fa-  
miliarem tam contractis limitibus circum-  
scriptam esse, sicut usu veniat Pomeranis,  
qui, præter facultatem coquendi potum, alia  
habeant adminicula ex negociatione & cõ-  
mertiis: Emi apud illos potu viliori precio,  
fortiorem eundem, sapidiorem, salubriorem  
& præstantiorem esse: Habere interim Po-  
meraniam pleniores commoditates acqui-  
rendi necessaria ad coquendam Cerevisiam,  
quæ cum vicinis desint, ea a Pomeranis pete-  
re & emere necesse habeant. Quantum verò  
incom-

Fides est  
virtus in  
subditis.

Dissimili-  
tudo inter  
populos



incommodet urbibus hoc malum, quod nobiles in suis prædiis, pagani in agris cerevisiam vulgò vendant, civiumq; rem familiarem hoc suo compendio in dispendium devocent, attenuent, atq; avertant, se iam non disputare. Illud satis constare, potus paganos multis dolores, morbosq; & quæmmodum apporasse, eò quod ipsis idonea instrumenta, apparatus, commoditatesq; aliæ civitatibus oportinæ, desint. Esse Ordinum onera distincta, debere etiam operas esse distinctas: Infinita secum trahere impedimenta confusionem, sicut in aliis, ita in re familiari, dum multa simul illa aggrediatur, & nihil rectè peragat. Quod si unus omnia possidere velit, quid reliquum sit futurum aliis contestari multitudinem, quæ calamitosæ fermè sit conditionis. Sed & fastum quorundam facilè in eo depræhendi, quod alios ex infima plebe in suum locum submittant, qui hoc in se vel muneris vel oneris recipiant, ut potum publicè, alienæ libidini prostitutum & obnoxium, vendant, unde duplex peccatum enascatur, quod cum eiusmodi homines, quæ agunt, pecuniæ causa agant, & cerevisiam vicent, & mensuram minuunt. Quo sanè facto Deus offendatur, proximo autem plurimum noceatur. Aequum sibi videri, ut cives, sicuti onera

Alia sunt officia, aliq; labores, nobilitatis, civium & rusticorum.

Opulètia non est sine fastu.

Avaritia non est sine iniuria

ferant,



ferant, ita officia quoq; civilia exerceant, & inde aliquis utilitatis fructus redundet, cui pars ad principem perveniat. Nobilitas Imperiis destinata, agricolæ ruri addicti, faciât propria, quæ ipsis incumbant, civiumque commoda non intercipient. Hinc sine suo damno contributionem aliquam facere & sentire. sustinere cum summæ virtutis gloria, & inexhaustæ benedictionis laude, posse. Cum hæc & alia plura in medium prolata essent, à verbis ad altercationem ventum est, sumpsitque tantas vires indignatio, ut Ordines solenni præmissa Protestatione, ad Cæsarem appellarent, consurgentesq; ad unum omnes, Principe solo cum suis relicto, domum quisq; suam absq; comatu proficisceretur, simulq; collata pecuniæ summa, hominem idoneum ad Cæsarem & Spiram ablegarent, petentes, ut authoritate Imperiali ab hac cōsine gra-tributionis molestia liberarentur. Auxit hic insperatus discessus Iohanni Friderico Duci ventu dis dolorem, quem ex hac animorum exacerbatione conceperat, formidinemq; quandam maioris mali iniiecit, quod tumultus hic non procul à suspitione seditionis abesset. Antequam tamen ad alias rationes descenderet, & singulorum animos manifestiore probatione cognitos, plenius perspiceret, quid nam vicii vel monstri formido secum traheret,



traheret, habito suorum consilio, cum va-  
riaretur sententiis, evocavit denuò eosdem  
suae ditionis ordines, conquestusq; de illo-  
rum inobedientia & contumacia, ubi con-  
sederant, & parati essent ad obiecta respon-  
dere: Ipse eandem, quam illi observassent,  
viam ingressus, cum comitatu suo aulico  
consurgens, dicere exorsos auditu non susti-  
nuit: sed recta Pragam profectus, favore Sa-  
xonis atque Brandenburgici sibi advocato,  
Caesari Pomeraniae conditionem acurate ser-  
mone ostendit, docens, sine extraordinaria  
contributione, se nec aulam suam recte co-  
stitueret, nec locum boni Principis tueri,  
nec Camerae Imperiali, ex fide, ut debe-  
ret, oportune adesse posse. Iam antè de  
hoc negotio Caesar resciverat, quod Ducem  
latebat, Quia tamen Principis rationes non  
omnino postponendas Caesar iudicaret,  
mandavit Ordinibus, ut cum ad hunc dif-  
ficilem statum impeditae Pomeraniae res  
pertractae essent, & contributio necessario  
facienda, morbo ditionis medicinam affer-  
ret, si Cerevisariam aversarentur, in arbitra-  
riam consentirent, fidemq; atq; obedientiam  
suo Principi praestarent. Convenerunt igi-  
tur tertium, & communicatis sententiis, ut  
Principi sua dignitas constaret, & provin-  
cia sine querela onera perferret, centum flo-  
renorum

Convētus  
II. Ordini-  
um Po-  
meraniae.

Ars delu-  
ditur arte.

Dux Pra-  
gam ad  
Caesarem  
abit.

Decretum  
Caesaris.

Convētus  
III. Ordini-  
um Po-  
meraniae.



renorum millia, extraordinaria pensione in  
subsidium Duci, ad exolvendum æs alienū,  
dederunt. In his omnibus emicuit maximè  
Contribu opera Ludovici Eberstenii, qui beneficio  
tio extra Ducis præfecturam Satzensem, quæ olim  
ordinaria fuit commendatura Novæ Marchiæ, sedes-  
que Commendatoris, cum eam Crucigeri  
Comen- possideret, obtinuit, duos etiam alios pagos  
datura Sat accepit, testes singularis benevolentia in  
zensis in Comitem, quos tamen posteriorum annorū  
Pomerani invidia hæredibus ipsius, regnante Barnimo  
æ finibus. Duce, frustra reclamante virtutis iure, sub-  
tra xit. Regio est Pomeraniæ Cassubia, quæ  
præter præfecturas, arcesq; operosas, Butho-  
viam & Lauenburgum civitates exhibet. &  
Cassubia. præterea non paucos ex nobilitate submini-  
strat, pertinetq; ratione feudi, non ad Im-  
perium, sed ad Poloniam, Crucigerorum  
ante defectionem in Borussia iurisdictionis.  
Cassubii Hæc etiam, cum Pomerania Principem a-  
accusant pud Cæsarem accusaret, eundem apud Po-  
Ducē ap. lonum reum fecit, quod iniusta à subditis  
Polonum efflagitaret & extorqueret. Is secutus ca-  
racteres Cassubiorum ad Ducem datis lite-  
ris perscripsit, mandans, ne onera maiora  
Mandatū vel plura Cassubiis imponeret, quam consue-  
Poloni ad tudo recepta ipsi permetteret. Excanduit ille  
Pomerani ad hoc factum, quod undiq; à suis oppug-  
æ Ducem. naretur, & nobilitate civitatibusque evoca-  
tis,



ris, comperit, nobilitatem solam huius a-  
 ctionis consciam. Collaudatis igitur civi-  
 bus, nobilitatem carceri inclusit, coegitque Cassubii  
 obfirmatis literis fidem sibi facere, quod in idonee ca-  
 posterum ipsum ad Polonum nunquam de- uent. Duci  
 iaturi essent, sed provinciae morem observa-  
 re semper vellent. XXII. Febr. solutus est  
 in morrem febris ardente Franciscus Biller Moritur  
 bergius Pomeranus, qui perlustrata Thracia, Franciscus  
 Aegypto, & Asia, adversus Turcas aliquot Billenber-  
 annis militavit. Et virtutis ergo propterea gius  
 à Cæsare egregie remuneratus, cum illum  
 cupiditas patriam revisendi cepisset, fato pro-  
 hibitus, Viennæ immatura planè morte ob-  
 iit. Die VII. Aprilis à Rodolpho Cæsare ve- Legatus  
 nit Berlinum ad Iohannem Georgium Brā- Cæsaris  
 denburgicum Furstenbergius Comes lega- Berlinum  
 tus, ut communicaret cum Electore, de hoc venit.  
 capite, cum ex usu Reipub. Imperii foret, ut  
 Comitia haberentur, quando & ubi illa cō-  
 modè indici possent, Die VIII. Aprilis dis-  
 cedit ex hac miseriarum valle Brunsvigæ Martinus  
 Martinus Chemnitius, inter Marchicos do- Chemni-  
 ctissimus, quem etiam adversarii ob doctri- tius Super-  
 nam & pietatem amarunt. Natus Brisæ in intendēs  
 erudita familia Chemnitiana, quæ viros præ Brunsvi-  
 claros Brunsvico, Stendalio, Berlino, Pritz- gæ obit.  
 vvaldo dedit, spondetq; latioris segetis spē  
 soboles divina. Accitus ex Regiononte,  
 C vbi



**Comitia  
regni Po-  
loniæ.**

**Reges de-  
signati.**

**Poloni ad  
Marchiæ  
fines dis-  
positi.**

vbi Bibliothecæ Ducis præerat, à Senatu in summo honore, à civibus in precio habitu, post quã erudita valdè, doctisq; probata scripta multa edidisset, valitura ad omnẽ posteritatem, à Iohanne Georgio Electore in numerum Consiliariorum allectus, nomine illius præcipuis religionis negociis cum laude adfuit. Die XX. Iunii habebantur VVarſaviæ Comitia regni Poloniæ, in campo proparulo cis Vistulam, dimidio ab vrbe miliari, ubi de novo Rege creando per complures dies deliberabatur. Cancellarius & Archimarschaleus Sigismundum Suecum designabant, Comes verò Gorcanus & Sboroviani Maximilianum Austriacum nominabant die XX. Augusti. Et hic quidẽ mox cum exercitu advolans, ad Electorem Brandenburgicum dedit literas, petens, ut duobus equitum millibus, iuvaretur. Erant tũm ad Marchiæ fines aliquot militum cohortes, aliquot equitum turmæ dispositæ, qui absq; iniuria in agris confidebant. Quia tamen Maximilianus ea constantia de auxiliis sollicitaret Electorem, siue denegarentur, siue mitterentur metuendum erat, ne arma sua in Marchiam Poloni converterent. Propterea Bothonem Regensteinium omni illi oræ cum Imperio præfecerat, ut incurſionem hostilem averteret. Maximiliano re-  
sponsum



sponsum fuit, Electorem in gratiam illius Ad literas  
 omnia facturum, quæ suarum essent virium, Maximili  
 sed in hac gliscente Polonorum dissensione ani Austri  
 sibi non esse integrum ea præstare amicis, ac respon  
 quæ libenter vellet. Quod si Cracoviam sum.  
 manu victrici captam teneret, & Sueco  
 Cancellarioq; fortiter debellato. regni coro  
 nam accepisset, nullum nec amicitia, nec  
 officii genus ipsi desuturum, quod à sua te  
 nuitate proficisci posset. Nunc verò cum  
 in dubio adhuc statu rerum esset summa po  
 sita, se quidem ipsius instituto benè precari,  
 sed armis abstinere. Si enim fortuna victo  
 riaq; penes Suecum staret, quòd aliter fecis  
 set, fraudi id sibi apud victorem futurum  
 propter auxilia suppeditata, feudumq; Boruf  
 sia in discrimen adducturum, Polonum cū  
 exercitu in Marchiam moturum, quæ con  
 iuncta essent cuncta cum subditorum clad e.  
 Proinde cum facultas oportune ipsi obsequi  
 non valeret, in voluntate amica acquiesceret  
 hoc tempore, do nec alia rerum facies arri  
 deret. Et is quidem à Cancellario Cracovia  
 repulsus est, captusq; ; Suecus verò ingenti  
 tormentorum tonitru in urbem receptus,  
 corona regia regnoq; feliciter positur. Ma  
 gna sæviebat hac tempestate anuonæ caritas, Ludovici  
 maxime verò in Pomerania. Hinc ut leva Ernesti  
 ret Ernestus Ludovicus, apertis horreis suis, Ducis be  
 frumen ne ficentis

Causæ  
 quare de  
 negaren  
 tur auxillis  
 Austriaco



Comes  
Zollerens-  
is obit.

Landgra-  
vius invi-  
sit Ioachi-  
mum Fri-  
dericum.

Piscis in  
Holsatia.

Instrumenta vili precio vendidit, pauperibus  
gratuito ad mensus, raro huius seculi exem-  
plo. Est familia Comitum Zollerensium in  
Suevia superstes, unde Marchiones Bran-  
denburgici originem suam deducunt, ex  
qua natus Ioachimus, aliquot annis Iohan-  
nis Georgii Electoris aulam secutus, die  
VII. Iulii vitam cum morte commutat Ber-  
lini, in templo ibidem Cathedrali ma-  
gnifice tumulatus. In Diœcesi Magdebur-  
gensi murum passim tanta multitudo oc-  
currit in agris, ut propter detrimenta incre-  
dibilia, quæ acciperent agricolæ, ex manda-  
to Ioachimi Friderici Administratoris, sin-  
gulis incolis pagatim certus numerus eorū  
perimendorum decerneretur. Quò cum  
venisset, Mauritio filio comitatus, V Vilhel-  
mus Hassiæ Landgravius ad Principem,  
V Volmerstadio Magdeburgum profecti, in  
aula Episcopali, accitis præcipuis ex collegio  
Canonicorum, Consulibusque, epulati, per  
novam portam, arci vicinam, urbe egredi-  
untur. V: Non Martii captus est piscis in  
Holsatia, qui equis viginti quatur loco di-  
moveri non poterat, eiusque caput bipenni  
amputatum, vix a tribus rusticis levabatur.  
Carne tonnæ viginti, lardo novem reple-  
bantur. Ad quod tempus impedita erat Gal-  
liæ facies: Rex igitur aliorum Regum &  
Principum



Principum consilium & auxilium sibi in  
subsidium advocare aggressus, ad singulos  
Jacobum Segurium Pardelianum amandat.  
Hinc ex condicto conveniunt Luneburgi  
die XVIII. Julii Fridericus Daniæ Rex,  
Christianus Saxo, Iohannes Georgius Bran-  
denburgicus, Ioachimus Fridericus Mag-  
denburgicus, Iohannes Casimirus Cobur-  
gensis, V Vilhelmus Fridericus Vinariensis,  
V Vilhelmus Luneburgicus. Est Lunebur-  
ga urbs, non à Luna Planeta cœlesti, sed  
fluvio eius nominis nuncupata, operose mu-  
nita, valde splendida, benè constituta, gra-  
vi & sapiente Senatu, civibus honestis, &  
opulentis, templis exornatis, schola in pri-  
mis celebri, clarissima. Sal coquit, indeq;  
copiosos redditus habet. Navigiis enim in o-  
mnes civitates maritimas, & inde in Bo-  
russiam, Poloniam, Daniam, Pomerianam  
Holsatiam, Sueciam, & alia regna exporta-  
tur. Marchiæ imprimis sui copiam facit,  
quâ bonitate sua replet, & censetur usus eius  
probatissimus. Rex per Holsatiam iter faci-  
ens ab Hamburgensibus & Luneburgensibus  
amplissimo apparatu accipitur. Principes per  
Marchiam & ditionem Luneburgici ibant,  
stabantq; ad portam, quæ Vlyssæam ducit, u-  
bi illi pernoctaverant, cives armati confer-  
sim, præstolantes adventum Principum.

Conven-  
tus Regū  
atq; Prin-  
cipum Lu-  
neburgi.

Lunebur-  
ga urbs ce-  
leberrima

Rex ab  
Hambur-  
gensibus  
accipitur.

C ;

Sed



Principū  
stratage-  
ma.

Johannis  
Georgii E-  
lectoris di-  
gnitas

Rex Saxo-  
nē admo-  
net.

Saxonis  
modestia.

Sed illi consultò cum impedimentis comi-  
tatum aulicum per hanc viam, concursu ho-  
minum condensatam, portamq; immittunt,  
ipsi verò diversam secuti, urbem nullo ani-  
madvertente ingrediuntur, & de equis descē-  
dentes recta hospitium Regis petunt, cui ta-  
le nihil in mentem venerat. Admissi multa  
cum gratulatione & animi voluptate, admi-  
ratur imprimis Rex Iohannis Georgii Ele-  
ctoris personam Heroicam, staturam ma-  
gnificam, augustam capitis canitiem, fron-  
tisq; & oris decorem, maximè verò véné-  
randam & amabilem corporis gravitatem,  
quibus præ omnibus aliis à Natura or-  
natus erat, illum in summo decenter hono-  
re habet; In Christiano Saxone placidis mo-  
nitis reprehendens, quod tanto se Principi,  
in quem tot regis atq; divinæ omnino vir-  
tutes eluceant, qui & pater sit, & in tam san-  
cti senectute constitutus, sub dignitatis no-  
mine præferat, ordinis iure fretus atq; con-  
silius, quem potius alterum velut parentem  
revereri, & colere conveniebat. Non mo-  
lestè tulit hanc Regis avunculi exhortationē  
amicā Christiano Saxo, acquievitq; prudētē  
in illa, & cessit Brandenburgico, quò ad vi-  
xit. Adum deinde est de ope ferunda Gallo,  
qui sollicitè eam petebat: Communicato  
consilio placebat quidem omnibus, auxilia  
in Gal-







Decretū  
factū Lu  
neburgi.

Paulinus  
moritur  
Rostochii

Dissidiū  
Rostochi  
ense.

Ducis Po  
meraniae  
Pietas.

deesse. Decretum igitur factū, ut legatio in  
Galliam iret. Consultatum deinde de ma-  
trimonio, quo Christianus, Regis filius na-  
ru maximus, filia Brandenburgica iungere-  
tur. Magno cum assensu hoc deliberatio-  
nis caput à Brandenburgicis acceptum atque  
approbatū fuit, datae dein aliquot dies ami-  
citiæ atq; fraternæ conversationi donec co-  
dem animo discederetur. Pridiè Calend.  
Quin. Rostochii, quo deploratus vene-  
rat, Casparus Paulinus, ex illustri Gansorū  
familia, quæ hæreditariam Marischallatus  
dignitatem in Electoratu Brandenburgico  
tuetur, anno ætatis suæ quarto & quinqu-  
agesimo decessit. In qua urbe nobilissima,  
ubi Minerva cum Neptuno de dignitatis  
præstantia certat, Christoferus Siendalii,  
Perlebergensis, Academiae negocium faces-  
sit in doctrina de Coena Domini: Eiectus  
urbe, scripto publico Theologos oppugna-  
re aggressus, à Davide Chytræo eruditis ar-  
mis repulsus est. V Volgastæ verò, in eodem  
littore Balthico, ampliari fecit hæreditariū  
Principum sepulturæ monumentum Erne-  
stus Ludovicus Dux, mortalitatis humanæ  
memor, usurpato hoc symbolo: Qui confi-  
dit Deo, bonum fundamentum ædificii æ-  
ternæ salutis jecit. Cum itaque ex Gallis  
reversa legatio Principibus Regni illius, o-  
lim



lim florentissimi, conditionem exponeret,  
 aliquot equitum turmæ, Iohanne Buchio  
 Duce, ex Marchia profecta, per Lotharingiã  
 sibi viã vi atq; virtute aperuerunt. Eas dùm  
 Henricus Rex excipere conaretur, negligē-  
 tia Ducis, sub noctem securam, hostibus  
 mactandas obiecit. multis genus suum san-  
 guine consignantibus in oppido A Enaco,  
 quod pervigilio neglectum, ipso die Marti-  
 ni inalbescente, ex improvilo Guisij  
 Germanos, Martinalia celebraturos, & pro-  
 fundis poculis se largius iniurgituros pro-  
 vidē atq; attentē per inditium subolentes,  
 diripuerunt, Marchicis alium stertentib9  
 partim captis, partim trucidatis. Buchius  
 cū agrē evasisset. filius ipsius in hostium  
 potestatem pervenit, amisitq; ille simul &  
 bona sua obarata, & existimationem nun-  
 quam recuperandam. Reliqui inermes cala-  
 mitati miserē ad suos repedarunt. Idem ac-  
 cidit & Regiis & Saxonis, exercitusq; ille,  
 qui fuerat, 5000 equitum, & 20000 pedi-  
 tum, obbrutescente negligentia, securitate,  
 atque rapinis in Alsatos maximē, Germa-  
 niæ maculam aspersit, & superiores victo-  
 rias funesta hac strage foedē corrupit. Die  
 XXI. Octobris obit Iohannes VVigandus  
 Episcopus Pomesaniensis in Borussia, se  
 pulsus in templo Cathedrali Cniphosiano.

**Copie  
 Marchie  
 caduntur**

**Temulen-  
 tiam multos  
 perdidit.**

**Buchius  
 amittit su-  
 thoritatem  
 suam.**

**Pœna di-  
 vina.**

**VVigēdus  
 moritur.**

C 5

Con



**Convētus** Conventum etiam agunt civitates mariti-  
civitatum mæ & Saxonie Lubecæ, quæ & ipsa harum  
in urbe Lu omnium ex auctoritate Cæsaris caput con-  
becca. ventui præsidet. Etsi autem hæ numero

complures censeantur, attamen fidei vincu-  
lo iunctæ inter se sunt arctiore, Lubeca, Hå-  
burgum, Luneburgum, Rostochium, VVif-

**Civitates** maria, & Sundium. Reliquæ huius generis  
maritimæ civitates maritimæ sunt, Dantiscum, Conig-

**maritimæ** spergum, Elbinga, Riga, Rugenualdum,  
Colberga, Treptoa, Stargardum, Stetinum,

Anclanium, Gryphisualdum, Stadium,  
Brema, & si quæ in Holsatia, & alibi hoc no-

**Civitates** mine tenentur: Saxonice sunt Goslaria, Brun-  
Saxonie suicum, Magdeburga, Hildrsheimum, Hå-

**Saxonie** novoria, Northeimium, Gotthinga, Sten-  
dalia, Francofurtum ad Viadrum, pluresque

nequaquam degeneres. Halberstadenses,  
Halenses, Quedlinburgenses cum hoc fœ-

das respuerent, sibi ipsis incommodarunt,  
auxilio aliarum exclusæ. Conigspergi in

**Conisper** Nova Marchia ad hoc tempus monedularū  
gū in No- auiumq; conflictus in foro, & aere frequen-

**va Mar** ter visi, conspectæq; variæ rerum species &  
chia tu- formæ, nō parū formidinis metusq; pru-

**multus** dentiorum animis incutiebant. Intercede-  
tur. bat tunc in hac civitate dissidium haud vul-

gare Senatui cum civibus de quorundam a-  
grorum iure. Cumq; sopiri ista controver-

sia



si non posset, & multa perperam contra le-  
ges administrarentur, Tribuni plebis Sena-  
tus edictis adversarentur, licentia maiores  
vires sumeret, quàm ut ab honestate Impe-  
rioq; reprimerentur, exacerbatis odiis res  
illa tota ad aulam delata est, quæ huic Rei-  
publ. vulneri sanam medicinam afferens, **Diffidiū**  
statuebat, ut utraq; pars in voluntate Princi- **inter Sena-**  
pis acquiesceret, qui suum arbitrium à iu- **tum & ci-**  
stitia non esset segregaturus. Vocabatur Se- **ves.**  
natus in invidiam à plebe, quod favore apud  
aulam prævaleret, civium verò ratio non  
admodum magna haberetur, idcoq; se iam  
causa cecidisse præsumebant. Collata igi-  
tur in medium pecunia, ius suum contra So-  
natum persequi in animum induxerunt,  
quem itidem non ex Reipub. bonis atque **Iure utra-**  
patrimonio, sed fortunis suis privatis litem **que pars a-**  
prosequi cupiebant. Non erat hoc integrum **git.**  
Senatui, quandoquidem non suam sed pub-  
licam causam agerent. Dimicatum hinc  
acerrimè veris fictisq;, ut fieri solet, verbis,  
factumq;, tandem, ut Princeps mandaret, ob-  
signatis pro more literis: Senatus huius tu-  
multus authores ad aulam captos mitteret. **Ad vim**  
Vocati igitur isti ad Curiam forenses, de vo- **venitur.**  
luntate Principis ex recitatis literis cogno-  
verunt. Iam illi hoc ipsum subodorati,  
præcipuos ex plebe sibi cives in auxilium  
contra



Senatus  
Conisper-  
gensis dat  
fugam.

Bellum in  
Conisper-  
genses.

contra Senatum advocaverant, vestibulumq;  
curiæ occupaverant. Hinc lictores, ut im-  
peratum erat, Tribunos arripere, vimq; illis  
intentare aggressi, ab his violenta manu re-  
pulli sunt. Mox universa accurrens cum  
tumultu & clamore multitudo, facile tam  
Senatum, quàm viatores in fugam vertit, ne-  
que procul contentio à seditione absuit. Cõ-  
territus Senatus illa nocte Custrinum fugit,  
in quanto fuerit periculo propter literas Prin-  
cipis ostendit, exaggerans singula, quæ in-  
dignationi stimulos vindictæ suggerebant:  
Hæc cuncta aula ad Electorem perscripsit.  
Iram is efficacem in Conispergenses con-  
cipiens, quod malum aliquod gravius sub-  
esse crederet, quid fieri vellent, Præfidi Cu-  
strinensi Thisbecio in mandatis dedit. Qui  
primum Nobilitatem in vicinis agris con-  
scripsit, ut ea ipsa die sub vesperam ad certum  
locum prope Beruualdum, conveniret, se-  
riò edixit, armavit deinde ciues Custrinen-  
ses & Beruualdenses, paganos etiam non  
paucos, quibus milites præfidiarios, Custrin-  
no eductos, adiunxit: Rusticis imperavit, ut  
curribus & equis adductis ad Imperium sibi  
præstò essent, equos æneis tormentis, cur-  
tus captivis designavit, nocte intempesta ad  
urbem cum agmine procedens. Nihil horum  
latet at cives, quibus non viatores ad hanc vim  
repre-



reprimendam atq; avertendam, sed animo Captum  
gravioris potentiae metu subactus, deerat. Conispeg  
Sollicita igitur suspensa; mente eventum gum;  
expectarunt, nescientes, quid serus vesper  
secum apportaret, neque enim portae utbis  
claudebantur, per quas intromissus eques,  
bambardarum tonitru turbatam civitatem  
perturbatiorem reddidit, per plateas omnes  
equo admissio discurrens, subsecuti pedires  
portas forumq; armati occupaverunt: con Milim  
venerat iam ante Senatus in Curia, conscius insolentia  
omnium, quae agerentur. Convocata hinc  
civitate campanae grandioris sonitu, & li-  
torum voce, & interclusa undiq; a milite,  
Thisbecius pmissis paucis stomachosius, cur  
huc venisset, ex scripto autores huius turbarum  
nominatos comprehendi iussit, esseq; in cu-  
stodia, donec aliud decerneretur: facti sunt  
rei octo & decem cives primarij, quatuor  
Berlinum pertracti periculo non caruerunt,  
reliquis tela, gladij, armaq; adempta in cu-  
ria reposita sunt, & ne quis sine venia urbe  
exiret, gravioribus verbis pcepit pro autori-  
tate: fuitq; omnino huius urbis fortuna ta-  
lis, qualis solet esse in bello devictae, ubi vis  
Etori licet, quod libet. Iamq; huius irruptio-  
nis fama Stetinum ad Iohannem Fridericum  
Ducem pervenerat, qui citato curru advo-  
lans, de salute Conispergensium sollicitus,  
solatus

Capti vi-  
ves prima-  
rii Conig-  
spergi.



**Dux Po-**  
**meraniae**  
**intercedit**  
**pro Co-**  
**nigspergē-**  
**sibus.**

**Vsus Ha-**  
**lecum.**

**Captura**  
**halecum.**

**Reditus**  
**ex captura**

**Natura &**  
**consuetu-**  
**do halecū**

solatus, illos sibi curæ fore promisit. Com-  
motus enim Elector excidium civitati mi-  
natus fuerat, sed tandem rectius edoctus,  
cū ira defervisset, dimissis cum gratia  
captivis, malum in auctorem recidit: civi-  
tati incolumi salus sua sacra rectaq; consti-  
tit. Perstat in Marchia, Pomerania, ditione  
Megelburgiorum, adeoq; Saxonia tota ha-  
lecum usus frequentissimus, cuius captura  
olim apud Sündium, in Rugia, hodiè verò  
in Norvegia, quæ sumen & penuaria cella  
Europæ creditur, nobilissima est, cum aliàs  
multa tonnarum millia annuatim proveni-  
ant, ita ut vasa sæpius quibus impleantur,  
priquam pisces desint, hoc anno parum vel  
nihil caprum. Capiuntur autem circa diem  
Iohanni Baptistæ sacram, sed parcius, cre-  
dunturq; reliquæ superioris anni: Mense  
verò Augusto, Septembri, & Octobri maxi-  
mo numero. Quod si una tonna, quæ hale-  
ces mille continet, tribus loachimieis ven-  
datur, proventus annuus æstimatur 960000.  
Vallensium. Congelatum mare imprimis fu-  
giunt, infinitoq; agmine appetunt terram,  
cui quo magis iminent, eò aridiores, vel ob  
freti naturam, vel ob lassitudinem fiunt. Eæ  
propè accedunt sine aliqua formidine, inpri-  
mis si ignis vel homines adsint. Regem  
non æquantem quantitate reliquas, corona  
quasi



quasi insignitum rubicunda sequuntur absq;  
numero ignitis oculis, qui conuscationem  
& fulgetrum interdum repræsentant sub  
noctem. Aqua aluntur, ex qua tractæ mo-  
nuntur in continente. Navibus impositæ,  
quarum plerumq; 700. cum magno negoci-  
antium & promercalia exercentium fœno-  
re, istic loci appellant, hinc in vicina regna  
longè exportantur. Francofurti ad Viadrum  
cum Andreas Musculus, Superintendens  
Marchiæ totius Generalis, in cœlestis vitæ  
consuetudinem migrasset, in illius locum ab  
Electore submissus Christoferus Cornerus  
Francus, qui scripta multa non sine invidia  
publici iuris fecerat, quod V Villichiani in  
suam fraudem factum querebantur. Infe-  
lix Paterfamilias, uxorem habuit procacem,  
filiam Venerels illecebris stupratam, filium  
patri verbera plagasq; inferentē. Hic ad pro-  
fessionem in Academia admissus, propter  
detestandam astorgiam in annos centum re-  
legatus, cum animi pravitas omnem mali-  
tiam vinceret, puellam vi atq; iniuria op-  
pressit. Ob hoc scelus à Senatu urbis custo-  
diæ traditus, Electore mandante, nullo de-  
precante, annuentibus amicis, post iustum  
temporis intervallum capitis supplicium in  
foro adiit. Funus illi publicè factum, de-  
lucente istud Senatu universo cum coronâ  
civium.

**Mercato-**  
**res ex va-**  
**riis regnis**

**Christofe-**  
**rus Corne-**  
**rus Super-**  
**intendens**

**Infelix pa-**  
**terfamili-**  
**as.**

**Corneri**  
**filius de-**  
**collatus;**



**In oppi-  
do Navio  
Pastoris fi-  
lius capi-  
te multa-  
tur.**

**Ut quisq;  
suum vult,  
ita est.**

**Oes ex  
enlyco  
cipia.**

civium. Academia nihil eius, quod ad istum, membrum velut patidum, pertinebat, curæ fuit. Idem fatum in oppido Navio subiit Presbyteri filius, qui in pueritia delicatius, in spem uberioris mensis atq; fructus, educatus, in adolescentia optimis disciplinis informatus, spem civitati singularis virtutis concitavit. Verum quia delectaretur consuetudine Iesuitarum, in illorum gratiam Confessioni Augustanæ, adamata Pontificia Idolomania, repudium in sic. Simulans deinde emendationem conversionemq;, Vitebergam profectus, iniusta vi à parente pecuniam extorquere laboravit, datisq; literis ad Senatum & cives, semel atq; iterum atrociter minatus est, Navium, brevi, incendio suo in cineres abiturum, nisi cogere parentem, ut suo desiderio satisfaceret. Iussu igiur Electoris ab aulicis in patriam Viteberga retractus, necquidquam deprecante parente, in foro decollatus est, docuitq; suo exemplo, Deum habere vindicem oculum; Parentes honorandos, patriam non deformandam, sed adjuvandam, Religionem tandem veram amplexandam esse, si sine metu iræ divinæ esse voluerit.





i,  
e  
ic  
.  
-  
r  
a  
-  
s  
-  
s  
o  
u  
c  
o  
u







AB: 71B  $\frac{5}{c,5}$

ULB Halle

3

001 947 796








D  
A







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

COLAI  
 THINGERI  
 M. V. MARTIVM  
 gistri, Poëtæ Lau.  
 ati, & Historici  
 Brand.

AMENTARII  
 PARTE IX.  
 LIBER.

o salutis humanæ  
 M. DC. VI.

Osterbergerianis.

